

Monasterium autem feli Rom. Pontifici subiectum fore declarat.

Decretum inde munitatis bonorum.

Solite conclusiones.

Alexandri PP.

& S. R. E. Card. sub- scriptiones.

Dat. die 10. Junii anno Domini 1163. Pont. an. IV.

bet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu, ve...

EGO ALEXANDER Catholicæ Ecclesie Episcopus. Ego Ubaldus Ostiensis Episc. Ego Bernardus Portuensis & sanctæ Rufinæ Episcopus.

XIII.

Confirmatio Institutionis Canonice in Placentina Ecclesia in qua decernitur, ut Archipresbyter a Canonicis solummodo eligatur.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, A. Archipresbytero Placentine Congregationis, & universis Cappellanis fratribus ejusdem Congregationis, tam presentibus quam futuris, in perpetuum.

Fidei & devotionis, quam circa sacrosanctam Romanam Ecclesiam, & nos ipsos, presertim in schismatica persecutionis tempore habuisse noscimini, considerantes affectum, tanto libentius devotas Universitatis vestre preces admittimus, quanto de sinceritate vestre constantia nobis ibi universali Ecclesie majora comoda provenisse sentimus.

Dat. Turon. XVII. Kalend. Junii.

XIV.

Confirmatio cujusdam Privilegii, ab Urbano PP. II. Guixalensi Monasterio concessi.

Laudatum hic Urbani Privilegium nondum inventi.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Berengario Abbati Guixalensis Cenobii, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regulariter substituendis, in perpetuum.

PIE postulatio voluntatis effectu debet prosequenti compleri, ut & devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, & utilitas postulata vires indubitanter assumat.

Hoc siquidem anno habitum est Turonense Concilium.

Edidit Campi Hist. Placentina Tom. II. in Regest.

Placentina Ecclesia pro Alexandro P. fides contra Pseudopapa.

Privilegium, de quo in rubrica.

Dat. die 15. Junii an. Dñi 1163. (a) Pontifican. IV.

Ex Archiep. Mosall. hujus edidit Baluzius Marc. Hispan. in Append. n. 440.

Exordium

Hocce Monasterium sub Sedis Apost. protectione suscipimus.

Eidem bona omnia confirmat.

firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant; In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Ecclesiam sanctæ Mariæ de Fanals, alodium quod vocatur de Villa magna, alodium de Catiano sive de Peruls, alodium de Locustaria cum manso, quod vocatur Prau, & omnibus pertinentibus suis, alodium de Panedes & de Spanedad, alodium de Rodegario, alodium vallis Aradi cum ipsa fora, quæ fuit Richelii Comitissa, alodium quod est in parrochia sancti Martini de Romaniano, donationes quas Arnulfus Episcopus, & Almaricus clericus, & Gaufredus Vitalis, & Bernardus filius prefati Gaufredi, in Ecclesiam vestram contulerunt, cum vivulariis, quæ tenuerunt per sanctum Felicem, decimas & primitias vallis Aradi & villæ Mordanicæ, & de novis rupturis, quæ factæ sunt in alodium sancti Felicis a die, quæ capta fuit Barchinon, usque ad tempora ista, sicut ex concessione Rodegarii Episcopi & Canonicorum Gerundensis Ecclesie vobis datæ sunt: domos & possessiones, quas habetis in Civitate Barchinonæ & in ejus territorio, domos quas habetis in civitate Gerundæ, alodia & possessiones de Quartiano, alodia & possessiones de Lodrich, decimas & primitias in villa Olivis & in valle Aradi, decimas omnium piscium, qui capti fuerint a Conanglon usque ad sanctum Leoatium, alodium de Fanals, decem & octo mansos cum eorum pertinentiis, alodium quod fuit Suniarii Comitissæ aliorumque hominum, alodium de Colonico, alodium quod fuit Bertrandi Arnalli, alodium de villare de Vern, alodium quod est infra eandem parrochiam, alodium de villa Romani, de valle Lubrica, & de Torrodella, de Palatio Frugelli, de Jofredi, de Buade, de Fontanilles, de Aguels, de Lidrinid, de Pubal, de valle Durcheras, de valle de Palatio Revani. Obceunte verò te, nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & B. Benedicti regulam provide-

Abbatem a solite Monachis eligi jubet.

Decretum immunitatis a quacumque molestia &c.

Solite conclusiones.

Alexandri PP.

EGO ALEXANDER Catholicæ Ecclesie Episcopus.

Ego Ubaldus Presbyter Cardinalis sanctæ Crucis in Hierusalem. Ego Ubaldus Ostiensis Episc. Ego Jacintus Diaconus Cardinalis sanctæ Mariæ in Cosmedin. Ego Bernardus Portuensis & sanctæ Rufinæ Episc. Ego Albertus Presbyter Cardinalis tituli sancti Laurentii in Lucina. Ego Ardicio Presb. Card. sancti Theodori. Datum apud Dolense Monasterium per manum Hermannii sanctæ Romanæ Ecclesie Subdiaconi, & Notarii, VII. Kal. Junii Indictione XI. Incarnationis Dominicæ anno MCLXIII. Pontificatus verò Domni Alexandri Papæ III. an. IV.

XV.

Canonizatio S. Bernardi, primi Abbatis Clarevallensis, & Institutoris Ordinis Monachorum Cisterciensium S. Benedicti, ejusque relatio in numerum Sanctorum Confessorum, cum institutione suæ festivitatis.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis Abbatibus, aliisque Ecclesiarum Prelatis, in Regno Francie constitutis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Contigit olim, dum essemus Parisiis constituti, ut magni quidam ac venerabiles Viri, de canonizando sancte record. Bernardo, quondam Clarevallensi Abbate, facerent mentionem, optantes utique, & piis nobis precibus suggerentes, ut in Concilio, quod de proximo erat Turonis celebrandum, digno huic & laudabili voto celerem daremus effectum. Cumque nos eidem negotio favorabili satis intendere affectu, supervenit multitudo & frequentia petitorum, qui in diversis provinciis rem similem postulabant. Unde cum videremus non posse congruenter omnibus satisfieri, statutum fuit pro scandalo devitando, etiam in hoc differri. Nuper autem ex instantia & devotione Clarevallis Fratrum, & aliarum sublimium personarum eidem apud nos precibus innovatis, reduximus ad memoriam nostram ejusdem beati Viri sanctam & venerabilem vitam, qualiter ipse singularis gratiæ prerogativa suffultus, non solum in se ipso sanctitate ac religione præfulserit, sed etiam in universa Ecclesia Dei fidei & doctrine lumine radiavit; Fructum verò, quem in domo Domini & verbo operatus est & exemplo, nullus fere terminus sanctæ Christianitatis ignorat; cum usque ad dexterarum quoque & barbaras nationes sanctæ Religionis instituta transmississet, atque Monasteriorum fundationem extenderit, & infinitam multitudinem peccatorum, per viæ secularis latitudinem incedentem, ad spirituales vitæ rectitudinem revocarit; Specialiter autem Sacrosanctam Romanam Ecclesiam, cui auctore Deo præsidemus, ita quondam sub gravis persecutionis turbine laborantem, tam vite merito, quam datæ sibi calidius sapientia studio sustentavit, ut dignè quidem & nobis & omnibus ejusdem Ecclesie filiis in memoria habendus sit, & devotione perpetua venerandus. In afflictione verò corporis sui usque adeo sibi Mun-

Dat. die 15. Junii anno Domini 1163. Pontifican. IV.

Plurimorum instantia pro Canonizatione Bernardi Abb. Clara- vallis.

Cujus virtutes & merita hic indicantur.

Hic idem 15. febr. SS. Confessorum catholico illi ascriptis ejus que festum celebrari jubet.

Hortatur Presbiteros ad ejus venerationem

Dat. die 17. Januarii ann. Do. n. 1164. Pont. ann. V.

Mundum, seq; mundo reddidit crucifixum, ut confidamus Martyrum quoque eum merita obtinere sanctorum, quem confessionis ordine, & parsimonia vite tam longum constat duxisse Martyrium. Quibus omnibus pia consideratione pensatis, & in Concilio Fratrum nostrorum, expositis, confisi de misericordia Dei, cui perseveranter & fideliter militavit, nec non & de beatorum Petri & Pauli Apostolorum, & ejusdem beatissimi Confessoris meritis presumentes, eum Apostolicę Sedis auctoritate Catholico Sanctorum adscribi mandavimus, & commemorationis suę Festum decrevimus amodo publice celebrandum. Vos ergo, qui & ejusdem Sedis Apostolicę instituta suscipere, & Deum in Sanctis suis consuevistis gloriosius honorare, sic memoriam Sancti hujus celebretis in terris, ut precibus ejus & meritis digna premia recipiatis in celis. Dat. Anagnię XV. Kalendas Februarii MCLXIV.

XVI.

Monasterio S. Crucis Ordinis S. Benedicti Burdigalen. Diocesis, quod sub protectione suscipit Sedis Apostolicę, bona omnia confirmat, nonnullaque elargitur privilegia.

In Gall. Christ. nove edit. Tom. II. inter Infrum. Dec. Burdigalen. num. LII.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Bertrando Abbati Monasterii sanctę Crucis Burdigalensis, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Monasterium sub protectione Sedis Apostolicę recipiens.

In eęque Monasterium servari mandans disciplinam.

Donationes amnes, universaque bona eidem confirmat.

PLĒ postulatio voluntatis debet effectu prosequente compleri, & ut devotio nis sinceritas laudabiliter enitescat, & utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus elementer annuimus, & prefatum Monasterium S. Crucis, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus; Imprimis siquidem statuente, ut Ordo monasticus, qui secundum Deum, & B. Benedicti regulam in ipso Monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Quasumque pręterea possessiones, quęcumque bona idem Monasterium impręsentiarum iustę & canonicę possidet, aut in futurum concessio ne Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, presentante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permanent; In quibus hec propriis duximus exprimenta vocabulis: Ecclesiam S. Macharii, sicut eam de communi fratrum nostrorum consilio Monasterio vestro adjudicavimus; quidquid Guilelmus Bonus, quondam Burdegalenis Comes, fundator ejusdem Monasterii, rationabiliter eidem Monasterio concessit: Ecclesiam sancti Michaelis extra urbem Burdegalensem supra Garumnam, fluvium sitam cum oblationibus & libertatibus suis, Ecclesiam sancti Martini de Sardiraco cum omnibus pertinentiis suis, Ecclesiam sanctę Marię de Machao cum decima & adjacenti insula, Ecclesiam sancti Hilarii de Ortulano cum decima & pertinentiis suis, Ecclesiam sancti Georgii de

Insula cum decima & pertinentiis suis, Ecclesiam sancti Stephani de Wlturna cum decima & pertinentiis suis, Ecclesiam sancti Martini de Cambras cum suis pertinentiis, Ecclesiam sancti Petri de Lupiag cum parte decima & pertinentiis suis, Ecclesiam sancti Severini de Marca cum pertinentiis suis, Ecclesiam sancti Martini de Blancafort cum pertinentiis suis, Ecclesiam sancti Albini de Blanhac, Ecclesiam sancti Cirici de Catirenaco cum pertinentiis suis; In Agenensi Episcopatu Ecclesiam sanctę Marię de Alemannis cum decimis & pertinentiis suis, Ecclesiam sancti Joannis de Auriolo cum parte decima & pertinentiis suis, Ecclesiam sancti Mauricii cum decima & pertinentiis suis. Pręterea definitivam sententiam super querela illa, quę inter vestrum & B. Severi Monasterium de Ecclesia sanctę Marię de Solaco preteritis temporibus vertebatur, per Amatam quondam Olorensem, & Hugonem olim Diensem, Episcopos, tum Sedis Apostolicę Legatos, in Burdegalensi Concilio promulgatam, & ab antecessoribus nostris Urbano, & Paschali, Romanis Pontificibus, cum ad eorum effect relata presentiam, de fratrum suorum Episcoporum & Cardinalium Concilio confirmatam, sicut in authenticis eorum scriptis exinde factis noscitur contineri, nos auctoritate apostolica confirmamus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni, & extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi fortę excommunicati vel interdicti sint, nullus obstat: salvā tamen iustitia parochialium Ecclesiarum, de quibus mortuorum corpora assumuntur. In Parochialibus autem Ecclesiis, quas tenetis, liceat vobis, Sacerdotes eligere, & electos Episcopo representare, quibus, si idonei inventi fuerint, Episcopus animarum curam committat, & de plebis quidem cura iidem Sacerdotes Episcopo, de temporalibus verō vobis debeant respondere. Obeunte verō te, nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia proponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars sanioris consilii, secundum Deum, & B. Benedicti Regulam providerint deligendum. Decernimus ergo &c. Ad indicium hujus a Sede Apostolica perceptę protectionis, marbotinum unum nobis nostrisque successoribus, vos vel successores vestri annis singulis persolveretis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona &c. EGO ALEXANDER Catholicę Ecclesię Episcopus s.

- Ego Ualdus Ostiensis Episc. s.
- Ego Bernardus Portuensis & sanctę Rufinę Episc. s.
- Ego Galterius Albanensis Episc. s.
- Ego Jacintus Diaconus Cardinalis sanctę Marię in Cosmedin s.
- Ego Cencius Diaconus Cardinalis sancti Adriani s.
- Ego Petrus Diaconus Card. sancti Eustachii juxta templum Agrippę.
- Ego Manfredus Diaconus Card. sancti Georgii ad Velum Aureum.
- Ego Ualdus Presbyter Card. tituli sanctę Crucis in Hierusalem s.
- Ego Henricus Presbyter Card. tituli sanctorum Nerei & Achillei s.

Ego

Sententiam a Delegatis Apostolicis in quadam controversia Monasterium resciens lateant, ratam habet.

Sepulturam inibi sibi eligere cuiuslibet permittit: Salvā iusticiā Parochiarum.

Presbyteros in Ecclesiis Monast. subjectis a Mochis eligi statuit, dummodo curam animarum ab Episcopo recipiant. Abbas electionem eisdem Monachos pertinere statuit.

Censum ab eis Sed. Apost. annuatim perfolvi vult.

Alexandri PP. & S. R. E. Card. subscriptiones.

Ego Joannes Presbyter Card. tituli sanctę Anastasię s.

Dat. die 4. Januarii ann. Do. n. 1164. Pont. ann. V.

Datum Senonas per manum Hermannis R.E. Ecclesię Subdiaconi & Notarii Senonis, II. Non. Februarii, Indictione XX. Incarnationis Dominię anno MCLXIV. Pontificatus Domni Alexandri Papę III. anno V.

XVII.

Privilegium confirmationis honorum, & concessionis immunitatum Monasterio S. Satyri Bituricen. Diocesis.

Gall. Christ. nove edit. To. II. inter Infrum. Eccles. Bituricen. n. LX.

Exordium.

Ecclesiam hanc sub protectione Sedis Apostolicę suscipiens.

Bonaque omnia concessio nes jurque eidem confirmat.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Joanni Abbati Ecclesię sancti Satyri, quę juxta Sacrum-Cęsarıs sita est, cum fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Desiderium, quod ad religionis promotionem, & animarum saluim pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum subsidium impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & prefatam Ecclesiam sancti Satyri, in qua divino mancipati estis obsequio, ad exemplar patris & prędecessoris nostri sanctę recordationis Eugenii Papę, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus; In primis siquidem statuente, ut Ordo Canonicus, qui secundum Domini, & beati Augustini regulam in eadem Ecclesia institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Pręterea quasumque possessiones, quęcumque bona, eadem Ecclesia impręsentiarum iustę & canonicę possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, procurante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permanent; In quibus hec propriis duximus exprimenta vocabulis: In castro Cęsarıs-facto Ecclesiam videlicet sancti Petri, Ecclesiam sancti Dionysii, Ecclesiam sancti Ilerii, cappellam sancti Hilarii, quę est in turre Comitıs, & omnia, quę in ipso castro sive in censu, sive in lerdıs, & in ceteris consuetudinibus, seu in decimis parochię possidetis, redituque jure consuetudinario in Ligeris fluvio possidetis: Ecclesiam de Talverniaco, & quidquid in ipsa parochia tam in censu quām in decimis possidetis: Ecclesiam de sancto Baudeilio, & quidquid in ipsa parochia in decimis, in censu, in consuetudinibus, in pratis, & in terra arabili possidetis: Ecclesiam de Dergicis, & quidquid in ipsa parochia possidetis: Ecclesiam de Herriaco, & quidquid in ipsa parochia in censu, in decimis, in terra arabili, & in nemore possidetis: Ecclesiam de Vinomo, & quidquid in ipsa parochia in decimis, & in censu possidetis: Ecclesiam de Jocıs, & quidquid in ipsa parochia possidetis: Ecclesiam de Grellia, & quidquid in ipsa parochia in decimis & in censu possidetis: Ecclesiam de Jalonna, & quidquid in ipsa parochia in decimis, in censu, in terra arabili, in pratis, & in nemore possidetis: terram & prata de Bordis,

& quidquid mibi possidetis: terram arabilem, censum & consuetudines apud Elumulom: homines, censum, prata, nemus, & terram arabilem apud villam Donati, terram & prata apud Genevreiam: censum & terram apud Claurnos, censum, vinearum & consuetudines, quas ibi habetis: jus quod habetis in reditu Ecclesię de Sancio: Ecclesiam de Jars, & quidquid in ipsa Parochia in decimis, in censu possidetis: alodium de Cocciaco cum omni possessione ejus, sive in terris, sive in pratis, nemoribus, & omnibus consuetudinibus: Salnajum de alodio de villa Genonis: cappellam sanctę Marię, quę est in Concorallo castro Bernardi fluminis: Ecclesiam de Blancaforte, & alodium de monte Morlonis, decimas, & quidquid in ipsa Parochia possidetis: Ecclesiam de Barloco, & quidquid in ipsa Parochia possidetis: Ecclesiam de Petrasita, & quidquid in ipsa Parochia possidetis: Ecclesiam de Sarioaco in Boschis, & quidquid in ipsa Parochia possidetis: alodium de furia Joannis cum omni possessione sua, sive in terris, sive in pratis, sive in nemore, sive in rusticis, & in omnibus consuetudinibus: alodium de Mavei: Ecclesiam de Bella-villa cum tota decima ejus, ipsam villam cum omni possessione ejus, sive in terris, sive in pratis, sive in nemoribus, & rusticis, sive in proprio, sive in casamento, & in omnibus consuetudinibus possidetis: Ecclesiam de Saviniaco, & quidquid in ipsa Parochia sive in decimis, sive in hominibus, sive in pratis, sive in nemoribus, sive in proprio, sive in casamento, & in omnibus consuetudinibus possidetis: Ecclesiam de Acigniaco, & quidquid in ipsa Parochia possidetis: Ecclesiam de sancta Gemina, & quidquid in ipsa Parochia habetis, sive in decimis, sive in in terra: alodium de Cappis cum omnibus pertinentiis suis, alodium de Lichiaco cum omni possessione ejus, sive in terris, sive in pratis, sive in nemore, & omnibus consuetudinibus: Ecclesiam sancti Dionysii de firmitate Humbaudii cum omnibus appenditiis suis: cappellam de Loco Dei cum omnibus possessionibus suis: in pago Antiffiodorensi curiam, quę Meva dicitur: & cappellam sancti Martini, quę in eadem sita est, & quidquid ad ipsam pertinet, sive in terris, sive in aquis, sive in viis, sive in pratis, sive in nemoribus, sive in censu, sive in consuetudinibus: Ecclesiam sancti Joannis Evangelistę Bituricensis cum omnibus pertinentiis suis, videlicet cum terra Raimundi de Faja, quę dicitur de Faja & de Puzols, cum nemore quoque, & terra plana, & pratis, quę magister Hermannus Subdiaconus noster & Notarius eidem Ecclesię sancti Joannis acquisivit, & quidquid ad ipsum Raimundum hereditario jure pertinet tam ex parte patris, quām ex parte matris: terram etiam, quę dicitur Ferragalli, & quidquid ad ipsum Ferragalli possessionem pertinet: cappellam de Montellis cum terra, pratis, molendinis, & usu nemorum, & omnibus ad se pertinentibus: Ecclesiam sancti Amatoris Antiffiodorensis cum omnibus pertinentiis suis, videlicet cum Ecclesia de Bruneria, & omnibus pertinentibus: Ecclesiam de Lansec cum terra & pratis ad eam pertinentibus: Ecclesiam de Chavana cum vineis, pratis, & decimis ad eam pertinentibus: Ecclesiam de Villa-feriol cum pertinentiis suis: cappellam sanctę Marię de Cellis: concordiam verō de ripa Ligeris, a Rainaldo de Montefalconis ex parte merē vobis in pace dimissa, C c c & aquę

Bull. Rom. Tom. II.